Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gustav Christian Handtwig von  Johann Wilhelm Friedrich Lieb

# De Bryonia, von der Heiligen Rübe : Dissertatio Botanico-Medica Inauguralis

Rostochii: Adler, [1758]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765**

Druck  Freier Zugang  PUBLIC DOMAIN

Handtwig, Gust. Christian

De Bryonia

Rostochii

1758.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Nd – 6023.

Caps. Nd. Plantae medicae

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0001
DFG

J. Roeper

Q. D. B. V.!

DE

# BRYONIA,

von der

## Heiligen Rübe,

DISSERTATIO BOTANICO-MEDICA
INAVGVRALIS;

QVAM,

SVB PRAESIDIO


DOM. GVSTAV. CHRIST.
HANDTWIGII,
MED. DOCT. AC PROF. DVC. P. O.
FACVLTATIS SVAE H. DECANI, ET SERENISS. DVCIS
REGN. CONSIL. AVLICI,


PRO LICENTIA
SVMMOS IN MEDICINA OBTINENDI
HONORES,

DIE 17. OCTOBR. MDCCLVIII,

H. L. Q. C.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT


IOH. WILHELM. FRIEDER.
LIEB,
BYRVTHA-FRANCVS, MED. CAND.



ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.



Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Nd_ 6023.

1775

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0004
DFG

# PROOEMIVM.

*Bryoniam*, Vitem *sive* albam, *nobilem vtilitatibus numerosis* suo iam aevo quam fuisse, PLINIVS adnotavit, eam *in hortis* etiam *conserebant olim veteres*, in vepribus ne cogerentur quaerere, *ob quotidianum et multiplicem ad vitae remedia vsum*, dicente GVERNERO ROLFINCIO in Libro de Purgantibus Vegetabilibus pag. 86. Sed et *idem*, *Seculo suo, fecisse Medicos multos*, testatum fecit ibidem; *Evporista* etiam quaedam ex ea concinnari, pagina insequenti docens. Vnde, quam honorifice sit habita Bryonia a Medicis adhuc Seculo proxime elapso, quodve ex vsu esse frequentiore, labente illo nostroque sic iam proximante (scripsit enim haec Vir post fata Celeberrimus, Ao. MDCLXVII.) haud desierit, fit manifestum. Iungimus huius coetaneum SINONEM PAVLI, ex Opere illo praeclaro, anno Seculi ejusdem LXVI. (teste dedicatione) absoluto, insequentique an. LXVII. (titulo indice) typis impresso, *Quadripartitum* quod inscripsit *Botanicum*. Huius enim pag. 33. disertis, inter reliqua, is testatur verbis: *Recentiores Practici*, tan-



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0005
DFG

„tanquam *ſpecifico*, in vteri morbis omnis ge-
„neris radicibus (Bryoniae) vtuntur.

His vero quanquam ita ſe habentibus omnino, a ſeculo tamen iſto etſi proximo, ad hocce quod nos iam vivimus, conſequentia valet tanto minus, quanto certius ſingulis nobis conſtat, multum differre praxin hodiernam, quaeque proximis etiam ſeculis ex vſu fuerunt frequenti, eorum quaedam hocce noſtro aut vſu venire rarius, aut negligi etiam penitus. Simili itaque fato an ſuccubuerit celebrata hactenus adeo Bryonia quoque? quaeritur merito. Et ita ſane accidit ei, ſi audiamus virum, caeteroqui commendatiſſimum a Scientia Chymico-Pharmaceutica, CASPARVM NEVMANNVM, *Chymiae* ſuae *Medicae dogmatico-experimentalis*, Tom. II. P. Imae, Cap. de Bryonia, §. XI. p. 255. ſcribentem: „ „ Wie ſich dann heute zu Tage, wenige oder keine vorſichtige Medici practici, weder der Wurtzel in ſubſtantia, noch ihrer praeparatorum ſonderlich bedienen, ſondern lieber weit ſicherere medicamenta erwehlen werden. Verum enim vero, praeſto ſunt auxilioque Bryoniae laboranti, irrefragabili teſtimonio ſuo Viri, a medicae Theoriae ſoliditate, Praxeosque clinicae huic ſuperinſtructae felicitate longa annorum ſerie comprobata commendatiſſimi, experientiſſimi, circumſpectiſſimique, aliquammulti!

Quem

Quem enim quaeso Medicum practicum vidit Seculum nostrum HOFMANNO circumspectiorem? qui tamen vir summus sagaciſſimusque Bryoniam in quibusdam affectibus catalogo *remediorum usualium* sibi aliisque, inseruit diserte, nec sine laude et a virtutis praestantia commendatione. Ita enim, Med. Rat. Systematicae, Tom. III. Sect. II. Cap. V. §. VIII, p. 504. de *promoventibus salutarem Mensium et Haemorrhoidum excretionem* diſserens inquit: „Inter „ea vero, quae ad obtinendum hunc scopum *Ex* „*Vsu sunt, commemoranda* INPRIMIS - - - ex „purgantibus Aloe, Rahbarbarum, *Bryonia*, etc. „et max in Theoremate adiecto II^do: „Ad *vasa* „quippe *minima reseranda et obstructiones ex-* „*pediendas*, EGREGIE praeter radices 5. aperientes, „Aristolochiam, Rahbarbarum, *Bryoniam*, - - - „conferunt Gummata etc. Et quis, quaesumus porro, providentiſſimorum Medicorum numero celeberrimum iure eximat IVNCKERVM? Nemo sane quisquis methodum eius cautam si quae alia inspexerit vel obiter. Nihilo tamen secius prudentiſſimo huic quoque Medico Practico feliciſſimoque, Bryoniam ex vsu esse non infrequenti, scripta Viri loquuntur plumis locis diserte adeo, vt inter *specifica* itidem haberi eandem compareat nobis. Ex multis vnicum hunc hic adduxiſſe sufficiat e *Conspe-*



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0007
DFG

*Eius* eius *Medicinae Theoretico-practici* Tab. LXX, *de Fluore albo*, p. 475. vbi: „His abster-„gentibus et praeparantibus praemittantur et „interponantur lenia laxantia; vbi conveni-„unt - - - 2) Radix *Bryoniae* PRAE ALIIS „Simplicibus *hic vsum habet*, quando Laxatic-„nes cum epicrasi instituuntur."

Caute interim cum illa esse mercandum, vt salutarem suum edat effectum, ecquis negaverit? cum ex medicamentis vtique sit *fortioribus*. Nam et nullum tam mite (scite pronuntiante Celeberr. STENZELIO in Diss. *de Ruta medicamento et veneno* p. 5.) tam tutum atque innocens invenitur remedium, quod praeposterе ac promiscue adhibitum non veneni assumat naturam; quemadmodum nullum e contrario tam vehemens notum est venenum, a quo, si congrua vsurpes methodo, optimos nobis fructus felicesque successus non promittere queamus. Abusus itaque ne tollat vsum! Specificorum praesertim, vt quibus aegre carere potest Praxis medica. Ad horum autem nobilem Classem, ex multiplici tot seculorum observatione, Bryonia pertinet omni iam dubio procul. Patet id iam partim ex dictis supra, et patebit vlterius adhuc ex Tractatione, cui nos iam accingimus, ipsa, qua vsum eius vtrumque, praeter internum externum quoque; quare plura hic non addimus. §. I.



§. I.

BRYONIA, est plantae quam considerandam nobis nunc selegimus, *Nomen*, priscis Graecis Romanisque vsitatum minus; hodie Medicorum nostrae genti familiarissimum, et *officinale*. Posterius, tanquam propriae euiusvis experientiae ac quotidianae, probatione haud equidem indiget. Prius autem ex PLINIO constare potest DIOSCORIDEQVE, vt quorum hicce *Materiae* suae *medicae* Lib. IV. Caput CLVIII. agens de eadem, diserte inscripsit non tantum ἀμπελος λευκη, i. e. *vitis alba*, sed et inchoavit illud claris his omnino verbis: *Vitem albam* ALIQVI *Bryoniam vocant*, (ex versione RVELLII); Ille idem prorsus, imo et *mutuatitium* Bryoniae esse nomen, praeterea docet, *Historiae mundi* L. XXIII. Cap. I. pronuntians ita: *Vitis alba, quam Graeci, Ampeloleucen, - - - appellant - - - Illa vis praeclara, quod ossa infracta extrahit in aqua imposita,* QVARE *quidam hanc, albam Bryoniam vocant. - - - Est ergo et* NIGRA (*vitis*), *quam* PROPRIE *Bryoniam vocant, alii Chironiam, coetr.*

§. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0009
DFG

§. II.

*Origine* id esse *Graecum*, de eo quidem facile dubitabit nemo. De Etymi autem denominationisque si quaeratur ratione, dissentientes reperimus sententias Botanophilorum. Sic: Das lateinische Wort *Bryonia* kömt vom grichischen βρυο, germino, pullulo, her; weil es so häufig ausschläget, und leichte herfür wächset, pronuntiat CASPARVS NEVMANNVS, *Chymiae Medicae dogmatico-Experimentalis Tom. IIdi Part. Imae Cap. XXVIII., de Bryonia* oder von der Zaun-Rübe, §. 2. p. 249. s. Ast geminam, suppresso calculo suo etymologiam refert IOH. IVL. HECKERVS, Einleitung in die Botanic, Parte II. inscripta: von den vornehmsten und gebräuchlichsten Pflantzen, p. 252. s. scribens: das Wort soll herkommen von βρύω, ich sprosse hervor, oder von βρυάω, ich hebe mich empor; weil solches bey dieser Pflantze besonders zu geschehen pfleget. CHRISTIANVS autem MENTZELIVS, in *Lexico Plantar. Polyglotto vniversali*, p. 51: *Bryonia herba*, inquit, *an a Musco vel aliunde sit dicta, incertum*! (Est nimirum βρύον *Bryon* musci quoddam vt et *Lupuli* Graecum nomen.)

§. III.

Verum enim vero alia omnia docet PLINIVS, verbis supra §. I. adlatis. Eius enim si est standum autoritate, denominationis ratio nec est incerta, nec tamen a musco βρύον aut a βρύω vel βρυάω, sed ab analogia tantum praeclarae cuiusdam virtutis, quam cum planta alia proprie olim Bryonia dicta habeat communem, petita atque derivata. Quibus admissis, supervacaneus videri potest labor, in vim vocis inquirendi eidemque hic inhaeren-

haerendi, cum quaestio ista sic recidat potius in plantam alteram illam analogicae virtutis. Sed haec ipsa tamen, cum, teste vel ipso nomine quo *Vitis* dicebatur *nigra*, similis, habitu etiam externo quodammodo sit Bryoniae nostrae; cumque porro, Positio rationis vnius illico et semper non excludat positionem rationis etiam alterius: Hinc fieri potuit, quin et accidisse ita verosimile est omnino, vt analogiae momenta plura nominis communicationi propagationique, simul aut successive dederint ansam, ita, vt notatio vocis nativa nequaquam excluderetur. Illud saltem certum est patebitque ex dicendis mox (§. XVII.) luculenter, notiones verborum βρύω et βρύαω §. praeced. II. a Viris doctissimis adlatas, iunctimque praesertim sumtas, Bryoniae nostrae convenire vtique quin et eminenti etiam quodam modo.

## §. IV.

*Synonima* eius apud gentes, Graecam, Romanam, aliasque plures, MENTZELIVS in allegato *Lexico Plantarum Polyglotto vniversali* exhibet haud pauca, quibus tamen quod superaddi queant longe plura, vix est cur dubitemus. Sed missis nunc reliquis, *vernacula* saltem, quam fieri potest plenissime recensebimus.

## §. V.

Horum itaque, Synonimorum puta Germanicorum, quidem insignis satis Catalogus contextus legitur in GEORGII FRANCI de FRANCKENAV *Flora Francica rediviva*, editionis 3iae p. 94. Ita nimirum Autor habet: „*Bryonia*, *vitis alba*:

*alba* : Faule-Rübe, Gicht-Rübe, Gichtwurtz, „Rogwurtz, weisse Weinrebe, Zaun-Rübe, Rö-„mische Rübe, Roß Rübe, *vulgo* weisser Wiederthon, „Hundes Kürbiß, Teufels-Kirschen, Schmerwurtz, „Stickwurtz, Scheiß-Wurtz. Eundem tamen hunce catalogum auxit adhuc, inque ordinem quendam simul redegit CASPARVS NEVMANNVS loco cit. §. 5. p. 250. ſ. docens nimirum ita:

„Im Deutschen hat das Gewächse gar viele Nahmen, jedoch zuförderst der Wurtzel, als des eintzigen *officinellen* Theiles halber, dahero die meisten und gebräuchlichsten Nahmen in den Hinterſylben entweder mit dem Worte Wurtzel, oder mit dem abbrevirten Wurtz, oder aber mit dem Worte Rübe, begabet sind. Denn es heisset, Zaun-Rübe, Roß-Rübe, Wilde Rübe, auch Faule-Rübe; Ferner Schmer-Wurtz, Stick-Wurtz, Sau-Wurtz, Rag-Wurtz, (und mit Urlaub zu melden) auch Scheiß-Wurtz. Annoch wird es von einigen genannt in Ansehung der Rancken und der Beeren, die weisse Wein-Rebe, oder weise Wein-Gart-Rebe und Teufels-Kirschen. Sed reliquit vterque tamen horum aliquod adhuc ſpicilegium, nominatim Wilder-Zitwan vel Zitwar, quod habent LONICERVS atque TABERNAMONTANVS, item Heil-Rübe, Raß- vel Raaſ-Wurtzel, et alia forte plura.

§. VI.

En noſtratium ſolertiam, in multiplicandis Plantae noſtrae cognominibus, ad nauſeam vsque reique herbariae ſtudioſorum moleſtiam ſummam, imo ſi audiamus NEVMANNVM, ad vsque etiam contradictionem.

Ita

Ita enim Vir doctissimus scribere pergit: „Nun mag „ich eben über diese so mancherley und gewiß zum Theil „sehr differente Nahmens nicht erst critisiren, zumahl „da es schwer halten würde, solche füglich zusammen „zu reimen. Zum Exempel, wie reimt sich das, daß „man eine heilige Rübe, eine römische Rübe, eine faule „und eine wilde Rübe, eine Sau-Wurtzel nennet? Ja „daß man das heilige, römische eine Scheiß-Sache und „und eine Teufels-Sache, nemlich Scheiß-Wurtzel und „Teufels-Kirschen heisset?„ Verum enim vero, exempla adlata serio et rite explicata, nil sane involvere deprehenduntur contradictionis verae. Ingenii potius Viri huius est hicce quidam lusus, quem cum patere existimemus lectorum perspicaci cuivis, plura eam ad rem dicere haud est opus. Id saltemhic ducimus monendum, genuinam cognominis splendidissimi illius Bryoniae, quo nimirum dicitur **Heilige Rübe**, quodque, tanquam (quatenus scisitando licuit comperiri,) hic notum satis vsitatumque, in dissertationis nostrae exhibuimus Rubro, rationem allatam esse ab ipso NEVMANNO, verbis: **Wie sie denn von gar vielen Bauren, mit Fleiß um ihre Höfe, Häuser, Scheunen und Gärten, an den Zäunen und Wänden herum gepflantzet oder geheget und gepfleget wird; indem sie glauben, daß die Bryonia alles vor Donner und Blitz beschütze, oder daß das Wetter in einen solchen Distrikt nicht einschlagen und Schaden verursachen könne, welcher mit der heiligen Rübe umwachsen ist.** Ab inviolabilitate itaque illa, qua immunis a fulguris fulminisque tactu atque ictu esse ipsa, eandemque largiri immunitatem illi, quem incolit loco, creditur vulgo praesertim ruricularum, dici

meruit *ſancta*, (conferri tamen poteſt etiam §. ſequens XIV.) hincque forte porro, per combinationem idearum qualemcunque etiam *Romana*, römiſche Rübe; inde autem quod ad ſepes plantetur ſtudioſe ab aliis, ab aliis ſaltem toleretur, Zaun Rübe. Reliqua nomina germanica tantum non omnia, cum quibusdam etiam peregrinis, in Deſciptione huius Plantae, recenſuque virium tributarum eidem, occaſione data explicaſſe obiter ſufficiet nobis.

## §. VII.

Species, (vnde inſimul Homonymica quaedam patent) Bryoniae, TVRNEFORTIVS numerat *Vndecim*, et pridem iam ante CASPARVS BAVHINVS, in *Pinace Theatri Botanici*, Libr. VIII. Sect. I. p. 297. recenſuit octo easque ſequentes, ita:

I. Bryonia *aſpera ſive alba* baccis rubris.
II. Bryonia *alba* baccis nigris.
III. Bryonia *Cretica maculata*.
IV. Bryonia *laevis, ſive nigra racemoſa*.
V. Bryonia *laevis*, ſive nigra baccifera, quae ſub *Bryonia ſylveſtri baccifera* in *Prodromo* deſcribitur.
VI. Bryonia *Mechoacana alba*.
VII. Bryonia Mechiocana (ſive Mechoacana) nigricans, quae ex India *Chelapae* ſive *Celapae* nomine ante annos duodecim allata, et a Maſſilienſibus *Ialapium* vel *Gelappo* vocitatur.
VIII. BryoniaMechiocana ſylveſtris.

§. VIII.

## §. VIII.

Nobis rem nunc esse cum *Bryonia alba eademque nostrate, non Indica Mechoacana*, adeoque speciebus sub Numero I. et II. a BAVHINO locatis, e Rubro Dissertationis §oque I. est manifestum. Sola enim haecce in *Officinis* nostris atque praxi *Bryoniae* nomine venit, nec aliam intelligunt Germani nomine **der heiligen Rübe.** Quare nec anxie hic inquirimus, recte an secus, sensu Botanico, cumulentur eius species? Id saltem notamus, 1) *la*-vel *Gialappam*, a BAVHINO sub No. VII. huc relatam, hodie vsitatissimam, Botanicorum solertissimorum, hosque inter TOVRNEFORTII etiam, confessione, esse plantam sub titulo *Solani mexicani flore magno*, ab eodem BAVHINO, l. c. p. 168. allegatam, hodieque nomine *Flos admirabilis*, **Wunder-Bluhme, das Wunder von** *Peru*, in hortis nostris laete, quamvis cum virium medicarum iactura notabilissima, et copiose provenientem passim ac florentem; 2) *Mechocanae albae* radicem mangonizari aliquando intermixtis radicibus Bryoniae albae nostratis, hasque pro illis a lucripetis vendi.

## §. IX.

Huius mangonii suspicio, quanquam communiter etiam decuplo maius esse soleat pretium *Mechoacanae* radicis (quippe ex Mechoacan Indiae Occidentalis, sive AmericaeProvincia,aliisque locis disfitisfimis advehenda) est tamen praeprimis tunc, si quando contingat, Mechoacanam maiori solito adhuc venire pretio, inque vsu esse frequentiori. Exemplum eius generis adlegat PETRVS POMET, in libro vtilissimo ex versione vtinam acuratiori!) germanica inscripto: **Der aufrichtige Materialist und**

Specerey Händler, P.I. L. II. Cap. VI. p. 67. monens: Man soll die Mechocana erwehlen, wann es feine hübsche Scheiben, innen und aussen weiß sind, dagegen die garstige, schlechte, geringe und dürre, hinweggeworffen, auch acht haben daß keine Stickwurtz darunter sey, wie wohl öfters geschicht, wenn die Mechoacana etwa theuer ist, als wie im Jahr 1676, additis etiam *signis distinguendi*, quae exhibebit §. sequens XIV. Recentius eius rei exemplum idemque, si firmo staret talo, ob pessimum effectum, Bryoniae valde infestum laudatissimus NEVMANNVS habet, loc. cit. §. 13. referens prolixius, factum esse nimirum, vt, cum propter Rahbarbari (caussantibus id turbis bellicis) raritatem caritatemque auctam magis magisque ad Mechocanam confugerent iterum Medici confertim, reliquiae Mechocanae ad tempus neglectae distraherentur mox penitus, hincque porro ob auri sacram famem Mechocanae substituerentur a Myropolis radices aliae similes quaedam, ast funestae fere, quas Bryoniae Europeaeae fuisse suspicatur ille. Verum enim vero nuda coniectura suspicioneque res haec nititur tota, certo indicio nullo; id quod constabit ex infra dicendis.

§. X.

Ad *Descriptionem* nunc accedimus huius Plantae. Ducem hic nobis elegimus Illustrem STEPHANVM FRANCISCVM GEOFFROY, in Tractatus de materia Medica Tom. IIIio, p. 220. seqq. de Bryonia exponentem: hocce ordine constituto, vt considerata primario Radice, reliquae inde provenientes plantae partes, propagatio item, natalisque locus haud negligantur omnino.

Nam

Nam is quanquam Bryoniam proprie describat *baccis rubris*, alteram tamen baccis nigris ab illa non differre observavit, nisi dicto baccarum, vt et aliquantum radicis colore; id quod suis etiam notabimus locis.

§. XI.

RADICE, inquit GEOFFRAY, „nititur brachium „superante, et femur humanum, cum annosa est aequan„te, carnosa, in crassiores fibras divisa, cum exsiccatur fun„gosa, circulis ac radiis distincta; saporis acris, amari„cantis, ingrati, et odoris dum recens virosi.“ In miram itaque rapacea haecce radix *magnitudinem* excrescit atque molem, non tamen nisi successive, vivacissima etiam est, vivacitatemque suam prorogat in plurimos annos, ita tamen vt carie tunc facile corripiatur simillima illi, qualem in salice (**in denen ausgefaulten, olmigten alten Weiden,**) multoties videmus; quam licet, aeque vt salix salva manente vegetatione perferre possit satis diu, tandem tamen ea absumi videtur nimis sicque emori. Hinc etiam originem traxisse videtur epitheton, quo dicitur **Faule Rübe**, *putrida* rapa.

§. XII.

Qua *Figuram* radicis observatu non est indignum, aemulari eam subinde corpus humanum, eamque rem ansam dedisse Circumforaneis, vt adaptatam illam ope cultelli magis magisque, quinimo productis per avenae etc. adsationem ad speciem crinibus quoque, oxornatam sic exsiccatamque curiose, quin et vernice coloretam, deinde pro *Mandragoris*, *Alraunis*, *Spiritibusque familiaribus* ita dictis, credulis caro saepe pretio divendant; notantibus id LONICERO, TABERNA-

MON-

MONTANO, NEVMANNO, aliis passim, ipsoque etiam nostro Autore, circa finem Tractationis suae p. 224. in haec verba scribente: „Circulatores et Agyrtae non„nulli ex huius radice mira quaedam monstra effingunt, „quae cum aliquot dies siccae arenae mandaverint, pro „mandragoris postea distrahunt et vendunt. Cfr. etiam *Ephem. Nat. Cur. An. II. Dec. III. Obs. XXXV.* ac BORELL. *observ. varior. medico-physic. Cent. II. N. LXXIV.* Forte superstitionis etiam hocce genus symbolam contulit suam ad fulgentissimum illum Titulum **Heilige Rübe**, quanquam vel sola credulitas illa §. VI. adlegata sufficere etiam potuerit procudendo illi.

## §. XIII.

Quod de *Circulis Radiisque*, quibus interne sit distincta, addit GEOFFRAY, quodque sit *fungosa*, intelligendum id est praecipue de annosiori, vti et reliqua pleraque. In iuniori sive recenti sive exsiccato circuli radiique adeo distincte haud apparent, magisque ast compacta. *Saporem* idem affirmat esse *acrem, amaricantem ingratum* RECTE. Sed addi meretur EX NEVMANNO scribente §. VII. „**Sie ist bitterlich, scharf und zu„sammenziehend von Geschmack**, etiam *subadstringens*. Iam porro quod ad *Odorem*, eum *virosum* ait esse GEOFFRAY, dum *recens* est radix, et similiter NEVMANNVS §. cit. **starck dabey aber höchst wiederlich und unangenehm von Geruch**, ac §. XI: **Dies muß ich noch erwehnen, daß der überaus wiederliche Geruch und Geschmack mir also vorkomt, daß ich ihn, vor allen andern mir bekanten natürlichen** subiecten, **am nächsten mit dem Geruch vom** opio **überein oder beykommend ver-**

**glei-**

gleichen kan; ohngeachtet ich nicht sagen mag, daß es auch im Effect etwas *Narcoti*sches an sich habe. Loquitur nimirum et ipse de radice recenti; de siccata confessus §. XII. pag. 256, daß bey der Trocknung das Meiste von dem *nauseösen* heßlichen Geruch exhaliret und davon gehet. Sed et in recenti *juniori* mitior esse observatur nauseosus iste odor, quin in annicula vix vel parum certe admodum perceptibilis. Quod denique ad *Colorem*, NEVMANNVS habet: Sie ist von aussen gelblicht und inwendig weiß. Alii cinereum, Aschenfärbig, pronunciant esse colorem *externum*. GEOFFRAY de *interno Colore* ita docet, radicem Bryoniae baccis rubris interne buxeo colore pallere, alterius baccis nigris, ex albido sublutei esse coloris. Verum Color quoque pro varietate aetatis, forte etiam regionis differre videtur, magis paulo nunc, nunc vero minus. Vnde jam an aliunde etiam sit, quod NEVMANNVS l. c. §. 3. affirmat, sie seyn nur an den Beeren allein unterschieden, aliis inquirendum commendamus.

## §. XIV.

Atque hinc, ex accuratiori puta Radicis consideratione, notas, quibus Bryonia *nostra* exsiccata *Mechocanae* intermista eidemque substituta a negotiantibus discerni queat, quasdam petit suosque edocet Lectores POMETIVS l. cit. scribens: So ist auch zwischen denen zerschnittenen und getreugten Wurtzeln der *Mechocana* und *Bryonia* dieser eintzige Unterschied, daß jene fast gar nicht riecht oder schmeckt, da diese hingegen gantz unerträglich bitter ist, et paucis interiectis: Wiewohl man es gar leichtlich mercken kan, weil die Linien und Striche oder

*Circul* in der Mechoacana viel dichter beysammen stehen, der Geschmack auch gantz süsse ist; dahingegen ist die Bryonia steinigt, und schmecket, wie gedacht, überaus bitter. Sed missa iam radice, nunc reliquas plantae huius videamus partes.

§. XV.

CAVLES, ita pergit GEOFFRAY, *longissimos fundit, tenues, scandentes, striatos, subhirsutos, capreolis donatos, in quibus* FOLIA *alternatim nascuntur angulosa, ad Vitis formam quodammodo accedentia, sed longe minora et subaspera.* Rectissime Vir Celeberrimus hic inter reliqua docet, radicem *fundere caules*, intellige plurimos atque copiosos, „radicula tamen ex semine primum prognata, „vnicum tantum protrudit." *Eosdemque longissimos*, cum fulcimento congruo sublevati luxurient adeo, vt vel ad quinquaginta pedes, imo vltra excrescentes, in longitudinem, et per ramificationes suas in latitudinem quoque extendi haud desinentes, donec brumali rigore constricti fatiscant tandem atque emoriantur penitus, a summo ad vsque imum, vere insequenti propullulantibus immediate e radice semper novis. Vnde sicuti notiones Graecorum verborum βρυω ac βρυαω (cfr. §. praec. IV.) iunctim sumtas pulcherrime Bryoniae convenire, iam fit manifestum, ita ex descriptione viri reliqua, cur αμπελος dicta sit Graecis, *Vitis*, Romanis Wein-Rebe vel Wein-Gart-Rebe Germanis, et sic porro (vid. §. V.) satis insimul patescit.

§. XVI.

FLORES deinde atque FRVCTVM ita describit: Ex foliorum alis FLORES *aliquot simul iuncti exeunt, monope-*

*tali*

*tali, campaniformes, patentes, in quinque partes ſubrotundas ſubdiviſi, ex albido-vireſcentes, et venis diſtincti, quas ita complecti ſolet calix, vt ab iis ſeiungi nequeat. Ex floribus alii ſteriles ſunt, maiores et nulli embryoni adhaereſcentes, alii foecundi minores, inſidentes embryoni; qui abit in* BACCAM SPHAERICAM, *piſi magnitudine, primum viridem, deinde rubram, mollem, ſucci nauſeoſi plenam,* SEMINIBVS *foetam ſubrotundis, mucagine quadam obductis.*

## §. XVII.

BACCAS itaque docet ferre *rubras*, quia nimirum Bryoniae noſtrae ſpeciem tales proferentem in deſcriptione ſua pro oculis vel in mente ſaltem habuit, alias haud ignarus dari quoque Bryoniam baccis *nigris*, quod et diſerte in ſequentibus monet, eandemque, vt affirmat ipſe, non niſi baccarum et radicum quodammodo etiam colore differentem, qua reliquam itaque deſcriptionem convenientem; confer. §. praec. X. et proxime inſeq. §. XVIII. Hinc caeterum cognomen Bryoniae Teufels-Kirſchen, a baccis nempe, earundemque ſapore nauſeoſo.

## §. XVIII.

De LOCO denique *natali* idem addit GEOFFRAY: *naſcitur paſſim in ſepibus*, (hinc Zaun-Rübe etiam dicta,) *et ſiluis, praeſertim in temperatis et frigidioribus regionibus. Agri Pariſienſis eſt incola.* Hoc, agri Pariſienſis quod ſit incola, de Bryonia baccis rubris quod ſit accipiendum, nullum omnino eſt dubium, cum, vti praenotavimus §. X. deſcriptio eius huic propriiſſime ſpeciei ſit accomodata. *Nigris* vero an ibidem quoque obvia ſit baccis, diſerte non memoravit ille. Et forte ibi datur eius gene-

 ris

ris nulla, vti viciſſim nos *hic* fruſtra quaeſivimus alteram baccis rubris. Quin diligentiſſimus SIMON PAVLI, in *Quadripartito botanico Claſ. II. pag.* 33. de hacce refert ita: *Quam* DIOSCORIDES *Lib. IV. Cap. CLXXVI. deſcribit, fructuque eſſe rubro aſſerit, ea, ſi probe memini, in hisce ſeptentrionalibus regionibus non germinat, ceteroquin noſtrati ſimillima.* In Marchia tamen Brandenburgica hanc germinare, etſi infrequentius, addiſcimus ex verbis NEVMANNI loc. cit. §. IV. und habe ich dieſe (baccis *nigris*) in den Gegenden und Dörfern um Berlin herum am meiſten gefunden. Sic et H. B. RVPPIVS, in *Flora Ienenſi* p. 39. adnotavit: Baccis *rubris* frequentior eſt in Haſſia; quibus tam in Turingia, quam Haſſia prouenire eam, quanquam in hacce frequentius, clare ſatis indicatur quidem, autoritate ſed PAVLI ſalva manente tamen, quum praeſtantiſſimum illum librum ediderit Hafniae Danorum, regioneque magis ſeptentrionali. Quid quod praeterea et tempora hic ſint diſtinguenda. ROLFINCIVS enim celebris ille ſeculi elapſi Medicus *Ienenſis*, in libro de *Purgantibus Vegetabilibus* Sect. II. p. 85. tanquam vere peregrinam memorat ſpeciem, quae baccas habeat rubras, addito ſingulari hoc exemplo, talem nimirum, ex *Creta* allato ſemine prognatam viſam fuiſſe in horto Illuſtriſſimi NICOLAI CONTARENI, Patricii Veneti. Vnde nec in Italia eam fuiſſe frequentem, multo minus indigenam cognoſcitur.

## §. XIX.

Reſtat nunc quaeſtio, digna ſatis viſa Phyſico-Botanicorum attentione. Inter ſingularia nimirum Bryoniae noſtrae refertur et illud, *propagationem illius* ſolis commiſ-

ſam

sam esse avibus. Instar omnium, affirmativam tuentium inter Eruditos esse potest GABRIEL CLAVDERVS Ephemeridum *Medico Physicorum Academiae Naturae Curiosorum Decuriae IIdae Anni IVti §.* 374. sequentem qui Nro. CLXXXV. inseruit observationem sub rubro: *Bryonia egregium exhibet regno suo vegetabili ornamentum* - - - „Hoc in frutice praeprimis notatu dignum est, „quod variorum Botanicorum experientia constet, e bac„cis eiusdem, licet large prodeuntibus, nullam plane spe„randam esse prolem, etiamsi serendo, aliisque modis cau„tissime tractantur a manu botanica. E contra, si aves „baccas hasce devorent, frequentissime veluti fieri solet, „*eaeque postea excrementa sua hinc inde dispergant, atque ita „simul dictas baccas quasi fermentatas, calcinatas, vel destil„latas excernant, frutices hasce protuberare, vt postea ab hor„tulanis in loca commoda transponi atque excoli possint.*"

## §. XX.

Bilem sed movit observatio haecce CLAVDERI eiusdem Academiae Membro, soepius adlegato NEVMANNO, adeo, vt et in haec eruperit verba l. c. § VIII. In den Büchern stehet auch, daß man wolle angemerckt haben, als könne diese Wurtzel von keinen Menschen, durch die Beeren propagiret oder gezeuget werden, sondern die Vögel verschluckten die Beeren und misteten sie alsdann wieder aus: allwo nun solche ausgemistete Beeren hinfielen, allda wüchse hernach von neuen die Bryonia und wurde also zur Fortpflantzung dieser Pflantze absolument die vorhergängige Digestion in der Vögel-Leiber erfordert. Allein auch dieses Bücher-Zeug komt mir nicht gar zu glaublich, wohl aber eher vor alt weiberisch,

risch, Rakel und Fabelhaftig vor, et §. sequenti IX: und wundert mich, daß der Doctor GABRIEL CLAVDER noch solch dum Zeug allegiret; ex quibus vltimis verbis clarum fit, eum Ephemeridum Naturae Curiosorum a nobis adlegatum §. praecedenti locum vtique respexisse, quanquam disertam eius non iniecerit mentionem.

## §. XXI.

Nec tamen sola stomachatione contradictio NEVMANNIANA absolvitur, rationes potius etiam subiungit asserti, easdemque petitas a priori. Quae quanquam non eiusdem singulae sint ponderis, et quanquam nec clausula earundem, sequenti inclusa ratiocinio: Mit einem Worte: Können es die Vögel verpflantzen, so werden es die Menschen auch thun können; könten es aber die Vögel nur alleine, so müste es auch an allerhand andern Orten mehr wachsen, indem die Vögel sich durchaus an keine gewisse Oerter binden, wenn sie misten wollen, rigorem sustinere videatur examinis Logici: In rei tamen huius negatione cum NEVMANNO conspiramus amice; rationibus, sed cautius, ducendis a priori, addentes illam, quae dicitur a posteriori, experientiam nimirum contrariam experientiae Botanicorum a CLAVDERO ἀνονυμῶς adlegatorum opponentes in anteceſſum, de eventu felici, observatis rite observandis satis securi. Eius enim rei, quanquam data opera nullum hactenus, instituta baccarum sollicita seminatione, fecerimus experimentum, e baccis tamen maturis, ramificationibus botryonis quin et caulibus ipsis hucdum adhaerentibus, adeoque ab avibus nec deglutitis nec digestis, terra ex accidenti vtcunque obrutis, prodire observavimus obiter plus semel Bryoniae plantulas sponte atque laete. §. XXII.

## §. XXII.

Vsum nunc BRYONIAE consideraturi, varium satis hunc deprehendimus. Non incommode tamen distingui is posse per Classes quasdam videtur, in *Magico-Sympathetico-Superstitiosum*, *Topiario-Mechanicum*, *Diaeteticum sive culinarem*, et, quem respicimus praeprimis, *Pharmaceutico-Medicum*. Referri ad *mixtam illam* Classem *Magico Sympathetico-superstitiosam*, suo tamen quodvis modo, possunt

1) *Plantatio* Bryoniae studiosa ex persvasione quadam vana de *vi antifulminea* eius, tacta a nobis praecedenti §. VIta.
2) *Figuratio* (quam tetigimus §. XIV.) *in homunculum*, fraudulenta partim, partim etiam *superstitiosa*, cum huius de inde *Cultu* pro Alrauno *Spirituque* sic dicto *familiari*. Bryoniae enim sic is honos exhibetur vere, a possessoribus eius ridendis, insciis quamvis.
3) *Gestatio* eius, ob *vim* ei tributam *amuleticam*, qua valere contra omnia *maleficia* teste SENIBALDO, in *Geneanthropia* L. III. Tom. III. C. XVII. p. 36. creditur. Vetus ea est persuasio, nam iam inter reliquos eam inculcat APVLEIVS aiens: *Si in capite* vel *in cinctu eam tecum portaveris, nulla mala te contingent.*
4. *Transplantatio* in eandem morborum, *arthritidis* praeprimis, et quae eius generis dantur plara.

## §. XXIII.

Nos, missis brevitatis gratia reliquis, sententias tantum quasdam Medicorum *de Arthritidis in Bryoniam transplantatione*, paucis huc conferemus. Transplantationem Arthritidis reiicit tanquam *Remedium Superstitiosum* ROLFINCIVS, *Med. Cons. L. XIII. Cons. II. p.* 960. et *noxiam* esse

esse transplantatoriam curam in Arthritide, HAGENDORNIVS, Cent. III. Hist. XXV. p. 312. adfirmat. Posterioris huius accusationis diiudicationem nos, qui curam talem nec instituimus, nec institutam ab aliis vidimus ipsi, aliorum committimus experientiae observationique fortuitae vlteriori. Qua accusationem autem priorem illam, cum haec meditantibus ROLFINCIVS iam non sit prae manibus, neque etiam ex adlegatione eius ab aliis facta sententia eius adpareat clare satis; hinc in accusatione hacce sua quorsum digitum intendat et quasnam habeat asserti rationes? Generalis ea sit an particularis? inquirendi occasionem equidem haud habemus.

## §. XXIV.

Ab onmi superstitionis inquinamento purgatam, methodum exhibet in *Actis Naturae Curiosorum*, *loc. cit.* CLAVDERVS: *Radix*, inquit, Bryoniae, *praeter alias virtutes contra diversos morbos pro vsibus internis ipsi innatas, laudabile huius rei (curae transplantatoriae, sub christianis artis medicae legibus institutae, omissis superstitiosis, opemque diabolicam olentibus) ostendit testimonium contra symptomata et quae his analoga, arthritica; si scilicet e terra recens evulsa locis adfectis adfricetur, soloque iterum concredatur, vt more sibi naturaliter indito crescere pergat.* Alias, verum a superstitionis cuiusdam contagio non adeo liberas, methodos adnotavit MARTIVS, in dissert. *de magia naturali eiusque vsu medico*, Cap. IV. §. 5. p. 59. *seqq.* referens *Curatio* arthritidis *per Radicem* Bryoniae *est notissima, in modo operandi solum nostrates non nihil differunt, qui sufficere putant, si patiens* certa noctis hora *dictam radicem in alium* magisque ocultum locum *transferat*; *cum alio-*

*alioquin Medici ſuadeant, Bryoniam prius excavare et Sanguine per cucurbitulas expreſſo implere*, quam *tranſplantatio inſtituatur*. Coeterum a virtute *antarthritica*, a qua, vſu non tantum hocce ſed et externo alio, imo interno quoque, (vt in progreſſu videbimus) celebratur ſpecifice Bryonia noſtra, nomen Germanicum Gicht-Rübe illi haeſit.

## §. XXV.

Ad *Topiario-Mechanicum* nunc nos conferimus *vſum*. Topia quod e *Bryonia* exſtruantur quoque, perſpicuis PETRVS LAVREMBERGIVS Horticulturae Libro Imo C. 37. p. 151. hiſce docuit verbis. „In ambulacrorum „extremitate vel centro, vel ſuper totum eorum ductum „topia exſtrui ſolent, opera ex arbore aut frutice aut „herba facta, ad decorem; vt ſunt *teſtudines*, *pergulae*, „*camerae*, ſub quibus ambulare aut commorari licet iis, „quibus pluviae, vel ſolis aeſtus, aut alia aeris vis ingrata „moleſtaeque accidit. - - - *Materia* multiplex eſſe „poteſt, - - - item herbae, *Bryonia* - - - *quae fulcimentis allegatae, denſitate ſua iniurias aeris avertere poſſunt.*“ Sed et aliis praeter *hortulanos* artificibus inſervit atque commoda quaedam praeſtare Bryonia valet, *Coriariis* nominatim. Ex DIOSCORIDE enim diſcimus PLINIOque, *fructu* eius *rubente* coria *depilata* fuiſſe non tantum, ſed et *tincta*, quo cum vſu etiam nomen convenit Graecum φιλωθρος. Ita enim DEOSCORIDES: *fructus rubens in vua dependet, quo coria pilis ſpoliantur.* Et PLINIVS: Semen in vua raris acinis dependet *ſucco rubente*, poſtea *croci*. Novere id, qui coria perficiunt, *illo* enim *vtuntur.*“

§. XXVI.

Iam quod ad *vsum dietaeticum* sive *culinarem*, illo non indignam Bryoniam veteres censuerunt. *Turiones* potius eius, asparagorum forma prodeuntes, decoxerunt nimirum aut cum cibis, aut coctas seorsim adsumebant, in acetaeriis quoque, DIOSCORIDE, AEGINETA, PLINIO, aliisque testibus luculentis; idque non tam ob solam nutriendi vim, qua quidem non destitui eam prorsus asserunt, sed parvam tamen esse concedunt, quam et potius etiam, quia alvum ciere simul et vrinam quoque, experti comperiebant. Nobilem adpellat ROLFINCIVS culinarem istius vsum. Dubium tamen hic movere potest obsservatio Geoffraeana p. 224.) aliorumque, *vehementer* quod nimirum commoveant alvum et ventriculum gravent isti turiones. Ast, meminisse tamen iuvabit, *primo* per coctionem drastica remedia cicurari posse adeo, vt fiant eccoprotica, etiamsi corrigentia alia accedant aut mitigantia nulla, qualia tamen *secundo* in praeparatione ista horum asparagorum accesserunt; tertio non in magna adsumtos fuisse dosi aut ad satietatem, pro alimento, sed ad condimentum, idemque medicamentosum potius.

§. XXVII.

Restat, vt *vsum* nunc quoque *pharmaceuticum* atque *medicum* strictius (in oppositione nimirum ad magico-sympathericum et diaetaeticum de quibus egimus §. praec.) ita dictum, edisseramus. Versatur autem pharmacopaeorum labor fere omnis circa Radicem, quae *exsiccata*, vt artis est, prostat in *officinis* hodienum vbivis, *Praeparata* e contra ex illa non nisi rarius. Sunt autem haec ex enumeratione Neumanniana (§. 17. l. c.) *succus*, *pulvis*, *infusum*

*ſum, extractum, aqua ſimplex* et *aqua compoſita Bryoniae, ſal Bryoniae. Syrupus Bryoniae. Trochiſci Bryoniae, ſive Bryonia torchiſcata, ſoecula Bryoniae.* Eſt porro Brioniae radix *Ingrediens* non modo *Nectaris ſuccoſi Cloſſaei et Vnguenti Agrippae* (cuius plane conſtituit baſin) ſed et *Compoſitorum* adhuc plurium, vti *Vnguenti Aregon, Syrupi apevrientis, cachectici* (ex indicatione Geoffraeana) *Charas*, vt et *Oximeli ſquillitici compoſiti.* Atque hanc, radicem puta, ſolam atque vnicam eſſe officinalem partem, NEVMANNVM aſſerentem vidimus occaſione ferente ſupra iam §. V. *Semen* tamen Bryoniae dantur qui expoſcant ad compoſitionem *theriacae*, rati Bryoniam eſſe genuinam *rapam* ſive *napum ſylveſtrem*, cuius ſemen inter ingredientia theriacae Andromachi numeratur, exemplo viri docti illius, quo de refert POMETVS: „Der Herr MATHVRIN SEVILLE ein berühmter Herboriſt, desgleichen wir in viel hundert Jahren zu Paris nicht gehabt, hat mich verſichert, daß die Bryonia die rechte wilde Steck-Rübe ſey, und man müſte nur allein das Korn, das in den trockenen Beeren ſteckt, zur Bereitung des Theriacks gebrauchen! cui ſententiae favere videntur iſta APVLEII (de Virtute herbar. Cap. LXVI.) *Haec herba adeo laudabilis eſt, vt in* Theriacas *etiam Potiones mittatur*! quam vero in rem prolixius inquirere nunc non vacat. In Galliis BACCAS denique *Bryoniae* vſu quoque venire quanquam rarius, claret ex GEOFFRAYO. De FOLIIS et *Caulibus* vt iam nihil addamus.

## §. XXVIII.

*Vſus* laborque Pharmaceuticus omnis eſt propter vſum *Medicum*, ſtrictius (§. XXVII.) ita dictum inque



*inter-*

*internum* ac *externum* dispescendum. Hujus vero jam explicationem aggressuris nobis res cum sola nunc erit *Radice*, quippe etsi non omni respectu vnica, praecipua tamen et vsitatissima hodie officinali et medicinali Bryoniae parte, nec immerito. Fiet id, praemissis generalioribus quibusdam de VIRIBVS ejusdem.

§. XXIX.

Has, pulcri connubio, manifestant *Ratio* et Experientia sive ipse medicus vsus. Ac illa quidem, ope praecipue *Odoris, Saporis, Analyseosque* ac Experimentationis *Chymicae*. Sic enim, quae *nauseosi* sunt Odoris aut Saporis plantae, vomitum illae facile provocare solent, aut ciere alvum, aut vtrumque, quin et vrinam; talis autem et odoris esse et saporis Bryoniae radicem, maxime recentem, docet §. praeced. XIII. (qua hic sequentia etiam conferendus.) *Vehementia* autem *odoris istius*, sibi respondentes, citatiores praesagit vehementioresque modo dictos effectus, adjutos etiam a vi *subadstringenti*. Idem hicce porro sapor quum sit *acris* et *amarus* ac *ingratus*, virtutem inter reliqua spondet, acidum corrigendi, visciditatem incidendi, attenuandi, vasa oppilata deobstruendi, vermes necandi ac expellendi. Ex quibus etsi speciminis loco saltem adumbratis verisimillima jam fieri potest conclusio ad *Vim* Bryonae Radicis *emetico cathartícam*, eamdemque *fortiorem*, *anthelminticam*, *antarthriticam*, *antihydropicam*, *emenagogam*, *antasthmaticam*, aliasve plures.

§. XXX.

Iucundum itaque foret, nec inutile, theoricae huic meditationi immorari diutius, modo temporis id ferrent rationes. Id tamen non possumus, quin moneamus, ni-

1. Ha-

mirum

I. Halituoſum illud nares feriens graviter principium in radice juniori etſi recenti quia perceptibile eſt minus, et quia porro idem in annoſiori per exſiccationem ejus exhalat inque auras abit tantum non omne (per §. adlegatam XIII.); hinc effectum etiam expectandum eſſe probabiliter mitiorem a juniori licet recenti ſuccoque ſuo impraegnata, vt et ab annoſiori exſiccata, quam eadem hacce recenti:

II. Cavendum eſſe videri ab halitus illius diutiori admiſſione, quo nares ferit atque caput radix recens annoſior praegrandis. Ad Opii enim (§. cit.) vti accedit odorem, ita et forte ad ejusdem is adſpirat vires. Concinit effatum DIOSCORIDIS: *Mentem interdum ſubturbat*, vt et, juxta non neminem nomen germanicum illud inuſitatius Raaß-Wurtzel, (§. V.) quaſi a delirio quod inducere valeat levi petitum, quod tamen alii aliter explicant.

## §. XXXI.

Per *analyſin, Chymicam*, quae ſubveniat Rationi in vires inquirenti (§. XXIX.), non tam violentam quandam torturam per ignem *) volumus hic intellectam, quam placidam magis illam ac ſimpliciſſimam, quam vrſit haud immerito et in qua praecelluit NEVMANNVS.



* Talem inſtituerunt certatim praeter noſtratium quosdam, e Gallis BOVLDVCCIVS, legendam in *Hiſtoire de l' Academie Royale des Sciences*, Anni 1712, et recentiſſime GEOFFRAY. Hanc itaque in gratiam Chymiae curioſorum, eumque vſu non deſtituatur omni penitus, integram hic ſubnotaſſe iuvabit. Ita „vero habet: Analyſi Chymica radices Bryoniae recentis ℔ V. „per B. V. diſtillatae praebuerunt humoris limpidi, inſipidi, „obſcure

Huius generis obſervationes ſunt, qua *mixionem* eius *internam* aliaque huc ſpectantia momenta, inter reliquas hae ſequentes. ℔.I. radicis *recentis* fundit *Succi* expreſſi fere ʒVI. Succus participat de foetido iſto nauſeoſoque *odore* ac *vapore*; turbidus eſt initio, ſenſim aſt albidum farinaceum deponit ſedimentum, quale *Foeculae* nomine venit. *Siccata* radix ſicque a copioſo iſto humore liberata, menſtruo obedit tam aqueo quam ſpirituoſo, maior tamen *Extracti* quantitas acquiritur per aquoſum. Partibus itaque gaudet non modo *gummoſis*, ſive mucilaginoſis, ſive talibus, quae ab aqua ſolvuntur et extrahuntur, verum (quas fruſtra negaverat BOVLDVCCVS) etiam *reſinoſis* etſi quantitate longe minori. Sale praedita eſt tam alcalino quam acido quoque, aſt eodem remixto ita, vt an et quodnam praedominet, extra omnem poſitum vix ſit dubitationem. Memorabile tamen eſt, Succum Bryoniae, ſuccum Heliotropii ex obſervatione TOVRNEFORTII, et ex indicio GEOFFRAY, chartam ceruleam tingere rubro colore, nec non ſolutionem ♁ris cum calce viva, turbari ab illo ac praecipitari; Syrupum e contra tamen *Violarum* ab eodem prorſus relinqui intactum. §. XXXII.

„obſcure ſalſi ℔ II. ʒXIII: humoris limpidi, ſaporis herbacei,
„obſcure aceidi ʒXIII. ʒVII. Gr. XVIII. Maſſa reſidua per Re-
„tortam deſtillata praebuit humoris rufeſcentis, primo manifeſte
„acidi, deinde auſteri ʒII. ʒVI, Gr. XXXVI: humoris fuſci em-
„pyrevmatici, alcalino vrinoſi ʒIII, Gr. XXXIII.: Salis vola-
„tilis vrinoſi concreti ʒIII: Olei fluidi ʒIII, Gr. XXXIV. Maſſa
„nigra in Retorta reſidua pendebat ʒVI, ʒVII, Gr. LXIII: quae
„calcinata reliquit cinerum ʒI, ʒVII, ex quibus lixivio, ſalis alcali
„fixi ʒI, ʒII, extractae ſunt. Partium iactura in diſtillatione
„fuit ʒIV, ʒVI, Gr. XXXII: in calcinatione ʒV, Gr. LXIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0032
DFG

## §. XXXII.

Ex dictis patet inter reliqua,

I. Quale sit *menstruum* adhibendum ad obtinendum *Extractum* Bryoniae vires eius purgantes pulcre complexum. Tale nimirum id vt sit oportet, quod solvendis ac extrahendis partibus eius *salino-gummeo-Resinosis* existit aptum sub favore accedentis caloris. Huic itaque scopo optime inservit *Vinum*. Quo cum si *decoquere* etiam (vt alicubi est moris) placeat prius radicem recentem, Extractum inde obtinebitur energia haud destitutum clementioris indolis; nam et drastica alia vi *Coctionis* mutari posse in eccoprotica, supra jam est observatum. Claret etiam exinde

II. Inutilem non tantum, sed ex noxium potius laborem suscepisse PLATERVM ejusque sequaces, quando radicem *siccatam*, vsibus medicis, uti putant, egregie adaptaturi ac *praeparaturi*, infundunt eam cum vino generoso ac exsiccant iterum iterumque. Propter halituosum certe illud et volatile virium suspectarum principium tanto non est opus adparatu, cum, vti praenotavimus, sub simplici exsiccatione iam avolaverit fere omne: vis e contra phlegmagoga, in ipsis residens partibus salino-gummeo-resinosis (conferatur BOERHAVIVS de *medicamentorum virtutibus* Part. III. C. VII. p. 284. sq. version. Gallicae) sic perditur tandem omnino, solis remanentibus a menstruo isto insolubilibus partibus terreis, tanquam capite quadam mortuo. Quare majoris non est aestimanda hujuscemodi Bryoniae radicis *Praparatio*, quam similis illa virium destructiva, cum radice *Ari* quae instituitur, quamque salse-

risit

risit nec frustra NEVMANNVS in speciali ejus pertractione Cap. nimirum XVI. Manifestum etiam exinde est

III. Quam inconveniens sit sanis hisce anlyseos ab ipso NEVMANNO jure statuminatis Principiis, quando a Praeparatione ista PLATERIANA ducens argumentum noxii a PLATERO, vt putat, observati effectus radicis non ita praeparatae, inde suam praesumtionem (qua de §. pr. IX.) fulcire conatur quam maxime; in mangonio nimirum illo, quod retulit, tantum non funesto, Bryoniae nostratis radices, a lucripetis substitutas esse Mechoacanae: satius acturus, si ad characteres externos a POMETIO (§. XIV. supra) suppeditatos attendisset, ad examen deinde chimicum suspectum istud revocasset, et probe notasset insimul, inter effectus mangonii pessimos illos ab ipso semet adnotatos quanquam solertissime, Hypercatharsin tamen haud observari.

## §. XXXIII.

Quae docuit *Ratio*, eadem *Experientia* confirmat imo et Bryoniae laudes auget, *vsum* spectes Bryoniae *internum* sive, sive etiam *externum*. Securi hic provocamus ad testimonia, etiam scripta, virorum quorumvis experientissimorum, pertractioni autem huic, pro materiei dignitate instituendae adeoque prolixiori, obicem jam ponit accelerandum opinione citius iter ad exteros, reservatis iis, quae supersunt reliqua, occasioni commodiori.

PRAE-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0034
DFG

PRAENOBILISSIMO,
ET,
DOCTISSIMO,
# DOMINO, DOCTORANDO,
S. P. D.
GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING.
MED. CAND. OPPONENS.

Nec ego, Vir praestantissime, eorum numero deesse volui, qui Tibi specimen hoc Inaugurale tota mente gratulantur. A primo namque tempore, quo hanc Academiam salutasti, non nisi sedulum Artis salutaris Cultorem Te cognoui, per sexet quod excurrit annos omni nisu eo adlaborantem, vt ad intimiores eius recessus pertingere queas, quem Scopum etiam feliciter adtigisti, vt absque omni haesitatione Te publico Examini sistere potueris. Placuit Tibi, vt opponentis munus contra hanc Tuam Inauguralem dissertationem subirem. Haud tamen ea intentione in arenam disputatoriam Tecum descendam, vt vires Tuas explorem, has etenim iam semel publico Auditorio itidem sub Praesidio Illustris Tui Praesidis demonstrasti, sed vt ansa mihi suppeditetur, meum Tibi inseruiendi animum publice profitendi. Faxit summum Numen, vt ad seros vsque annos secundo gaudeas vitae decursu, vt conamina Tua, quibus felicitatem aliorum externam promouere cupis, faustum quemuis habeant successum. Quumque discessum ex Academia nostra et iter in dissita loca mediteris, vt et ibidem Patronos et Amicos invenias, animitus exopto. Vale. Deproperabam d. 17. Oct. MDCCLVIII.

E VIRO

VIRO. PRAENOBILISSIMO.
NEC. NON.
DOCTISSIMO.
# DOMINO. CANDIDATO.
S. P. D.

SAM. GVST. OERTHLING,
MED. STVD.

Iam ab illo tempore, quo mihi contigit, animum Tuum mihi conciliare, humanitatem Tuam, Fauorem in me, et amorem, quo ut et in posterum me complectaris, valde a Te peto, mihi aestimabiles laudaui: Diu quoque in Te miratus sum maximam in conuersando affabilitatem, ingenium viuax, dotes inter alias animi, quibus summum illud Numen Te exornauit, nec defatigatam umquam solertiam in addiscendis, quae Tibi usui futura iudicasti, ac eruditionem insignem, sine superbia et ostentatione. Quae omnia, qui summos in Medicina honores obtineas, immo amplissimos dignitatis gradus conscendas, Te reddunt perdignum. Gratulor ex animo integerrimo Tibi Tuae industriae primitias, ex his capias adhuc longe uberiores, et laetus percipiam omne felicitatis Tuae incrementum. Nihil praeterea magis est in votis meis, quam ut Deus ter optimus maximus omnibus conaminibus Tuis porro adsistat: diu Te conseruet omnibus, Tua opera, Tua eruditione, Tuoque adiutorio indulgentibus, vigentem, valentem, incolumem.

VIRO

VIRO. PRAENOBILISSIMO.
AC.
DOCTISSIMO.
# DOMINO. CANDIDATO.
AMICO. SVO. HONORATISSIMO.
S. P. D.
PETRVS. DE. WESTEN. OPPON.

De secundis amicorum rebus laetari, diemque eas annuntiantem magni aestimare, officium est illis modo ignotum, qui maximos terrarum orbis eventus nihili faciunt, quin fere omnem exuunt humanitatem. Nonne judicares, Amicorum Optime! me e consortio horum esse, si et ego hodie silentio paeterirem industriam assiduitatem Tuam singularem ac plane eximiam nec non perfectiones, quas quilibet, cui Te nosse datum est, satis expertus est superque? Doces Rempublicam litterariam, quantum humeri valeant, quantum progressus in addiscenda arte medica feceris. Sed modestiam Tuam, quae tanta in Te est, quanta esse potest, ne laederem, minime magnas laudes, quibus jure meritoque dignus censendus es, proferre proposui. Honor, quem Tibi Viri longe Experientissimi nec non Doctissimi, Examine rigoroso finito, decreverunt, iste honor sit omnibus specimen eruditionis Tuae ac justum laboris praemium. Deus T. O. T. M. adsit Tibi inposterum in conatibus Tuis, conservet Te per longam annorum seriem, salvum incolumemve. Arbiter hicce fati nostri quaevis conamina Tua in Sui Nominis gloriam Tuique felicitatem vergere jubeat. Adnuet votis precibusque meis, quibus Te, a nobis discessurum, prosequor. Fac iter Tuum, quod aggredieris fauste, prospereque! Deus sit Tecum! Amplectaris me, quod reliquum est, eo amore, quo dignum judicas, qui permanebit semper idem Nominis Tui integerrimus cultor. Valeas! Vigeas! Floreas! Dabam in academia Varniaca die 17. Octobr. 1758.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0037
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0038
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0040
DFG

ſam eſſe avibus. Inſtar omnium, affirm… enti-
um inter Eruditos eſſe poteſt GABRIEL… RVS
Ephemeridum *Medico Phyſicorum Academ…* e Cu-
*rioſorum Decuriae IIdae Anni IVti §.* 374. … qui
Nro. CLXXXV. inſeruit obſervation… bro:
*Bryonia egregium exhibet regno ſuo veget…* ntum
- - - „Hoc in frutice praeprimis no… n eſt,
„quod variorum Botanicorum experienti… bac-
„cis eiusdem, licet large prodeuntibus, n… ſpe-
„randam eſſe prolem, etiamſi ſerendo, alii… cau-
„tiſſime tractantur a manu botanica. … aves
„baccas hasce devorent, frequentiſſime … ſolet,
*„eaeque poſtea excrementa ſua hinc inde diſp… ue ita*
*„ſimul dictas baccas quaſi fermentatas, calo… deſtil-*
*„latas excernant, frutices hasce protuberare… hor-*
*„tulanis in loca commoda tranſponi atque ex…*

## §. XX.

Bilem ſed movit obſervatio haecc… ERI
eiusdem Academiae Membro, ſoepius … EV-
MANNO, adeo, vt et in haec eruperit … VIII.
In den Büchern ſtehet auch, daß man … nerckt
haben, als könne dieſe Wurtzel von ke… ſchen,
durch die Beeren propagiret oder gezeu… , ſon-
dern die Vögel verſchluckten die Beeren… en ſie
alsdann wieder aus: allwo nun ſolche … Bee-
ren hinfielen, allda wüchſe hernach von … yonia
und wurde alſo zur Fortpflantzung dieſe… bſolu-
tement die vorhergängige Digeſtion in … Leiber
erfordert. Allein auch dieſes Bücher… t mir
nicht gar zu glaublich, wohl aber eh… veibe-
… riſch,



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823213765/phys_0041
DFG